



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684**

32. Excommunicatus, an privilegio exemptionis privatus censeatur, seu an
exceptione exemptionis se tueri possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](#)

Quæstio hæc non parum pender ab eis quæ supra libro secundo quest. 42. att. imus, quæ nolo hic refriicare.
Satis sit breviter, hanc questionem affirmative concludere, si Papa id faciat ex certa scientia tex. cap. suborta ubi glo. & DD. cap. suggestum, de re iudic. Abb. c. 1. nu. 15. eod. tit. Abb. cap. suggestum, de decimus Spec. de iñfr. edit. §. nunc autem videntiamnu. 32. Secus autem si sententia lata esset ad Episcopo, quia tanquam à non iudice ex nullitate impugnari posset & etiam post cursum longi temporis dixi supra d. quest. 40. Card. Clem. 1. quest. 14. de re iñd. Dec. cons. 38. n. 7.

QVÆSTIO XXXI.
An ad privationem privilegij opus sit sententia declaratoria,

Plurifariam apud doctores disputatur, an ad privationem juris, aut privilegij opus sit sententia declaratoria, qua de re compendij gratia videri poterit Caillus in suis obliterantibus imperij lib. 2. obs. 51. & Rebusus de privileg. Scholar. privilegio 140. num 2. tradens ad privationem privilegij opus esse tria citatione. & Collectarius, dicens privilegium per superiorum esse temperandum, non autem propria autoritate contraveniendum, in cap. suggestum in pr. de decimis lo. Andr. Clem. 1. eod. tit. Item quæ apposite notavimus supra eod. lib. quest. 7. num. 4.

QVÆSTIO XXXII.

Excommunicatus an privilegio exemptionis privatus censeatur,

Omnia disputatione, censeo privatum non censi. Ratio sumitur ab Analogia Clericorum ad exemptos, Clerici enim excommunicati privilegium fori, item cap. si quis fraudente diabolo 17. quest. 4. ac communis Ecclesiæ non amittunt, Innocent. cap. si vero numer. 3. de sent. excom. ubi Fel. numer. 2. Abb. 6. penult. numer. 8. de immunit. Eccles. Navarr. in Manuali cap. 27. numer. 79. valde late Gregorius Sayrus in Thesauro Theologie moralia par. 1. lib. 2. cap. 10. numer. 15. 16. 17. 18. 19. Navarrus conf. 9. numer. 6. de cleric. excommunic. par. 2. Unde idem videtur statuendum in exemptis, vide supra lib. 1. quest. 45. n. 5. Tum quod exemptiones concessæ sunt ad coercendam violentiam ordinatorum, ac corundem exemptorum tutelam,

tutelam, sanctæque sedis favorem, dixi supra lib. 1. quest. 1. n. 13. & seqq.
 Tum quod excommunicati non amittant iura, & beneficia defensiva, & tutela-
 tia, cap. intelleximus de iudic. cap. cum inter cap fin. de except. late Sayrus d. lib. 2. ca. 8 n.
 12. & 13. Tum quod culpa, & delicto exempti præjudicium fieret iuridictioni im-
 mediatæ Pontificis quom haberit in exemptos, cuius interest habere multos imme-
 diatæ subiectos, dixi supra lib. 1. quest. 1. nu. 17. quod juris ratio non admittit cap. non
 debet de reg. iur. in 6. dixi supra lib. 1. cap. 36. num. 4. & lib. 3. quest. 12. nu. 4. Tum quod
 per excommunicationem communitas loci exempti non perdatur nec etiam præ-
 texu excommunicationis extrahi quis potest, Navarr. in Manuali cap. 25. num. 19.
 res. tertio. Sayrus d. cap. 10. num. 19. ubi id latius probat, quibus adverlari quosdam in-
 fra scipimus lib. 4. quest. 65. ubi recensumus aliquos putare bannitos, & excom-
 municatos communitate Ecclesiæ non gaudere quod ibidem expendemus: Præte-
 rea interdictam Ecclesiam ius sue immunitatis amittere. Praeses Everardi in loco le-
 gal. loco à persona ad locum in fine.

QUÆSTIO XXXIII.

Actus contra privilegium, seu exemptionem gestus an fit
 ipso iure nullus.

SUMMARIUM.

1. Actus contra legem gestus est nullus. 3. Idque nisi habeat clausulum irritan-
 2. Secus contra privilegium. tem.

Regulariter actus contra legem gestus est ipso iure nullus, cap. vides. dis. 10. l. 1
 non dubium, ubi DD.C de legislatione autem ita in actu contraexemptionem,
 seu privilegium gesto, qui teneri merito iure, licet veniat retractandus Fel. cap. suborsa
 num. 15. in fin. de re iud. Abb. c. consideravimus in not. 2. de elect. Petr. à Briasio in directe
 elect. par. 1. cap. 3. per tot. Ratio differentia est, quia iura communia concernunt rem 2
 publicam, nec a quoquam possunt ignorari, at vero privilegia consistunt in facto,
 efficacitate res privatas cap. privilegia dis. 3. Barth. l. quod nerva ff. deposit. dixi supra
 lib. 1. cap. 1. Limitanda autem est haec conclusio, nisi privilegium habeat adiunctam
 clausulam irritantem. Cum enim huiusmodi decretum in contrarium gesta peni-
 tus irrriter, afficiatque etiam ignorantibus ea non modo erunt in causa cal-
 sationis sed etiam ipso iure nulla, late Doctores & Vantius quem infra
 citari lib. 4. q. 63. rex. cap. dudum cap. quodam, de
 prebend. in 6.

N n

QUÆ-